



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Admirandvm vindictae divinae theatrvm

Tympe, Matthäus

Monasterii Westphaliae, 1611

Pare[n]tum & præceptorum contemptus vel impietas liberorum in
parentes, &c.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-51314](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-51314)

trauerat
media no-
ctis parte
decurſa,
q̄ ipſi erat
ſolemne.

dæ Boleslai dementia non eſt punita & vindicata diuinitus. Nam templi paries, quem Verocellai cruore frater inſanus & præceps amicitia reſperſerat detergi abluiq̄, non potuit, nefariæ cædis teſtis eſſet æternus.

IMPII IN PARENTES AC PRÆCEPTORES PUNIUNTUR.

Act. 1.

q. 94. ſuper
nouū teſt.

Oecum. in
cap. 1. act.
Euth. in
c. 26. Matt.
Cedr. in
comp.

IVDAS proditor ac traditor ſui magiſtri Chriſti tanto crimine in deſperationem ætus abiens laqueo ſe ſuſpenderit, ſicq̄ ſuſpenſus crepuit medius & diffuſa ſunt omnia viſcera eius. S. Aug. de miſerando interitu Iudei gens eum non ſtatim ac retulit 30. denarios ſibi manus intuliſſe, ſed poſt mortem ſalutatoris teſtatur. Græci ex Papiæ, vt aiunt, huius modi narrant hiftoriam: Iudas ſuſpenſus iectus eſt priuſquam ſuffocaretur. hoc auctoriſ planius ſcripſit Papias Ioannis Apoſtoli diſcipulus; dicens: ad magnum impietatis exemplum in hoc mundo permanſit Iudas: in tantum enim corpore inflatus vt progredi non poſſet, cum curru ſeui curſu pertranſiſſe curru compreſſus eſt, ita vt effunderentur eius inteſtina, imo nec ſolus capitis tumor quidem & palpebras oculorum eius ad terram tumuiſſe ferunt, vt lumen omnino videre non poſſet, oculi vero eius neque medicamentum ſtrumenti adminiculo aperiri poſſent, tanta profunditate ab exteriori aſpectu ſe ſeparati: porro ſanies ac vermes contumeliam ſe

se confluentes ex toto ipsius corpore ferebantur, egredientes per sola loca secretiora. Post vero multa tormenta & iustas ultiones, cum in suo prædio, ut aiunt, mortuus esset, præ factore illud desertum permanfit, & inhabitatum vsque ad hodiernum diem. Sed neque ad hoc vsque tempus locum illum quisquam præterire potest nisi obturatis manuaribus.

Hæc ne cõtradican
Euangeli
stis indi
gent decla
ratione.

2.
vi. in loco
de maledi
ctione ex
empl. 3.

à filijs mul
tum metu
enda est pa
rentum
execratio
etsi ea ex
impatien
tia effun
datur.

S. Aug. lib. vlt. de ciu. Dei ca. 8. refert quod Casareæ Cappadociæ mulier quædam vidua à decem suis filijs iniuria affecta, ut se vlcisceretur eisdem diris deuouit. Nec irritum fuit hoc votum maternum: nam ex illo tempore membra eorum inusitato tremore concuti cœpere. Hi suorum ciuium conspectum in tam scæda specie reueriti, alius alio dilapsi, per orbem vagabantur, ac duos ex illis Hipponem delatos & supplicia sua non tam lingua quam ipsa rerum euidencia euulgantes, eosdemque paulo post fanitad ad memoriam S. Stephani martyris astitutos D. August. vidit. Bredenb. lib. 4. Sac. collat. c. 13. citat ex parte sermonum S. Augustini anno 1564. Louanij editorum libellum horum fratrum quem S. Augustino obtulerunt ut eum populo prælegeret, is sic incipit: Cum adhuc in patria nostra Casarea Cappadociæ moraremur, frater noster natu maior grauibus atq; intolerãdis cõmunem matrem afficit iniurijs, in tantum ut ei etiam manus

X 4 non

non dubitavit inferre. Quod nos omnes
 pariter congregati patienter tulimus, ut
 verbum quidem fratri nostro pro matre
 nostra, cur hoc faceret, dixerimus. Illa autem
 foeminej doloris stimulis incitata, in
 sum filium maledicendo punire con
 Cumq; ad sacri baptismatis fontem post
 lorum cantus memorato filio suo iram
 imprecatura properaret, tunc ei nescio
 in patruj nostri similitudine, ut intelligi
 daemon, occurrit, & ab ea prior quo per
 requisivit, Cui illa ad maledicendum filio
 ob intolerabilem contumeliam se ire respo
 dit. Tunc autem ille inimicus, quonia in
 lieris corde insaniente locum facile inuen
 potuit, ut omnibus malediceret, persuasit
 autem vipereis inflammata consilij sacra
 fontem prouoluta corripuit, & sparsis cri
 bus nudatisque vberibus hoc à Deo postu
 lum postulavit ut extorres patria & circum
 euntes alienas terras omne hominum genu
 nostro terreremus exemplo. Mox Mater
 preces efficacis vindicta prosequitur, eundem
 que continuo fratrem nostrum ætate culpæ
 maiorem tremor membrorum tantus in
 fit, quantum in me vsq; ante hoc triduum
 fra sanctitas vidit. Seruato autem ordine
 nati eramus intra vnum annum eadem
 pcena omnes corripuit. Videns autem
 maledictiones suas ad tantam efficaciam
 uenisse impietatis suæ cōscientiam & oppro
 brium

Plato 2. de
 leg. multis
 exemplis
 parentum
 execratio
 nes perti
 mescendas
 esse pro
 bat.

NB.

brium hominum diutius ferre nō potuit, sed laqueo guttur astringens, luctuosam vitam termino funestiore concludit. Egressi ergo nos omnes opprobrium nostrum nō ferentes & communem patriam relinquentes passim sumus per diuersa dispersi, &c.

yi. Alexan.
Neapol. li.
4. di. gen.
cap. 10.

De Nerone postquam matrem occidisset hæc habet Suetonius: Sæpe confessus agitari se materna specie, verberibus furiarum, ac tædis ardentibus. Quin & factō per magos sacro euocare manes & exorare tentauit. peregrinatione Græciæ Eleusinijs sacris, quorum initiatione impij & scelerati voce præconis submouerentur, interesse non est ausus, mortem eius vide in loco de crudelit.

3.
Cap. 34.
Nullgerant
apud gen-
tiles parris-
cidij expia-
tiones.

Nostra ætate, ait S. Bernardinus in Hispaniæ citerioris oppido cui cognomen Sui, non ita procul Valentia, adolescens fuit qui per parentum inobedientiam eo deuenerat vt anno 18. propter latrocinia & publica facinora in vincula coniectus & suspendio damnatus sit, Erat etiamnum prorsus imberbis, pendentem vero iam atq; exanimi subito prorumpit barba, moxq; spectante populo, tum illa iam profunda, tum comæ capitis plane canescunt, vt ætatem referret hominis nonagenarij. Miraculo rei accitus cum populo & toto clero accurrit Episcopus, omnes in genua prostrati expectant, dum ostendat Deus quid sibi monstrum hoc velit. Atq; ecce tibi Episcopus editionem capiens tumultum ad omnes ait, volu-

4.
Tom. 2.
dom. 2.
quadr. seg.
17. art. 3.
ca. 11.

X s iffe

ille Deum ostendere quantum de vita ijs detrahat qui de parentum obedientia detraxerunt. Victurum enim hunc iuuenem fuisse et eam ætatem quæ iam apparebat in facie, nisi ipsos 70. annos parentum inobedientia detra-xisset.

5. Cham irriso patre maledictus est in suap-
 Gen. 9. 6. steritate. Esau inobediens parentibus amittit
 Gen. 26. 7. nobilissimam benedictionem: Filij Heli
 1. Reg. 4. dē die perierunt. Absalon persequens patrem
 2. Reg. 18. ex arbore pendens confossus est.

6. Delirus disq. mag. li. 6. c. 2. sect. 3. q. 3. reser-
 7. admodum prolixè in quantas miserias pro-
 8. pfsus sit adolescens quidam Prutenus nobilitatis
 annos natus 22. postquam parentis gratiam
 perdidit, & domo patria profugere coactus
 est. Nam anno 1600. die Martij 23. Gregorius
 lacrymis Patri cuidam Soc. Iesu retulit, sem-
 bilibus ortum parentibus & re ampla, educa-
 tum laute ac delicate, & certis de causis pa-
 rentis gratia excidisse & lare patrio protegi
 re coactum, & pecunia quam discedens copio-
 sam secum acceperat absumpta in extremam
 egestatem decidisse, tandem in via non pro-
 cul à VVratislavia dæmonē ad se nocte acci-
 disse, & recēditis ijs ipsis quæ patiebatur quæ
 perperissurus esset incōmodis, opem & auxilium
 pristinamq; parētis gratiam promissam
 modo se data chirographo vellet ad parētem
 quædā obligare. Se quidem suggestioni quæ
 perniciosissimam sciret, ea vice nō obtinere
 rali

rasse, dæmonem vero prædixisse fore ut eum
 aliquando non acceptæ conditionis pœnite-
 ret. VVratiflauiæ breui victus incômodis die
 quodam sub vesperam egressus seipsum quod
 fidem dæmoni non dedisset coarguentem de-
 fleuisse animo cõditionem qua exciderat, in
 quam inciderat, nulla sibi reliqua consilij au-
 xilijve spe affulgente. Nox erat intêpesta cum
 illi se dæmon gygantæa mole offert cõspicu-
 um, & insultans ait; nonne vero dixeram fu-
 turum, meam ut opem supplex expeteres? iu-
 re quidem tibi illam ut indigno, possem quã-
 tumuis supplici denegare, verum ut intelligas
 quam tibi ex animo velim benè, en promitto
 auxilium, parentis gratiam pristinã, veteres
 delicias, iucunditatis años solidos numero 12.
 Quibus expletis plena mihi sit in corpus ani-
 mamque tuam potestas, tu vicissim stipulanti
 sponde quæ exigo, & nunc in primis Deum
 Deiq; matrem, cælites omnes & fidem quam
 docuere veteres eiura: insuper fidem da mor-
 talium te nemini hoc pactum manifestaturum,
 in nullum vnquam templum ingressu-
 rum, precarium codicem nõ lecturum, ac de-
 mum homines omnes ac eos potissimũ qui te
 ad pietatem incitare hortariq; voluerunt o-
 dio implacabili profecuturum, te vxorem
 non ducturum, sed concubinis pecunia cõdu-
 ctis vsurum. Cumque in tam perniciosam le-
 gem concessisset iuuenis, iamq; sola superes-
 set syngrapha proprio sanguine describenda,
 dæmon

dæmon illi porrectam vltro sinistram
 vi compressit, vt sanguine è trium digitorum
 extremitatibus expresso manum impleret
 subministravit etiam scriptioni materiam
 calamum, scribentiq; conceptis verbis
 iuit, quæ sibi præstare vellet, & quæ se
 sim præstiturum polliceretur. Postridie
 trati facinoris pœnituisse profectumq; O
 mutium, inde Viennam, Vienna Græti
 Postremo venisse Marpurgum, ibi ex illi
 tæsum, se rursus indoluisse quod pactum
 cum dæmone initum non custodisset, ad
 se sibi noctu denuo in lecto iacenti dæmo
 nem, ac de pacto renouando ac nouo chiro
 grapho proprio sanguine conscribendo
 ctum esse. Post paucos dies iterum se facin
 gantasse manus sibi violentas desperatione
 actum inferre voluisse: tandem suam
 dam venire Grætium, vt quæreret reme
 dium, statuisse. Pridie tamen quam Marpurgum
 discederet noctu adfuit dæmon & certum
 Grætij tuguriolum descripsit in quo 30 Mar
 tij compareret fore vt tum fiat voti com
 & pristino statui ex pacto restituatur, cau
 ret interim etiam atq; etiam ne Iesuitas ad
 vnquam alioquin grauissimas eum pœnas
 turum. Et quamuis illo die (quem dæmon
 præfixerat) Pater Soc. eum à tali congressu
 terruerit, nihilominus postridie assignatum
 sibi à dæmone locum infelix adijt, adell
 mon exprobrat perfidiam quod contra sum

præceptum nebulonibus Iesuitis adfuisse. petit tertio renouari pactum. Deinde recensitis ab adolescentia peccatis ostendit animæ salutem esse desperatam citatis è S. script. testimonijs.

Vbi autem Patres Soc. Iesu hoc rescuerunt, ab vno patre, cui peculiariter eius cura commissa fuit, in reb. Catholicæ fidei est institutus. Prolixum autem foret ex P. Delrio referre quantis laboribus ac molestijs ad cōfessionem faciendam & renunciationem vel abjurationem Diaboli, seu, vt mala pacta bene rescinderet, & crebra confessione vniuersos conscientia recessus perpurgaret, permotus sit. Cum peccata recensere cœpisset, ei dæmon in aurem insuffurat; huic nebuloni (confessorio) ne credas, nisi velis ab eo improbe circumueniri. Nocte quadam ter est ad spacium trium passuum lectulo ciectus absque vlla tamen vllius membri læsione. Et alias se illi exhibuit dæmon & suasit Marpurgum vt rediret, quid Gretij sese affigeret? Miror, inquit, quod cum noris te damnatum esse non maiorem des operam vt vitam hanc ducas hilariorum reuertarisq; ad pristinas quibus excidisti fortunas, &c Refert Delrius copiose quantis laboribus Patrum Societatis Iesu dispositus sit ad S. Syntaxin, & quod dum faceret professionem fidei Catholicæ & ventum esset ad hæc verba: Ecclesiasticas traditiones, obseruationes & constitutiones firmissime admitto &

Nota charitatem Patrum Soc. Iesu qui de hominis nunquam nisi salute adeo sunt solliciti, Quid horum apud S. Etanos.

am-

*Etatis
scilicet.*

amplector, &c. omnibus corporis
prorsus sit destitutus, ereptus illi oculorum
aurium, & linguæ usus in tantum ut sibi
quantum restitutus diceret, vereri se ne
loco sit moriendum. Nō absurde faciente
natōres si ex Delrio totam feriem & pro
sum pro concione populo proponant, ut
me quā ægre post multas preces & mone
cationes in hunc finem Deo à Soc. Iesu
tas, dæmon chirographa restituerit, quod
re iuuenem exagitarit, nunc sensibus
priuando, & linguam impediendo, nunc
rem attollendo & manum sinistram melle
in modum lacerando ut sanguis copiosus
flueret.

*DEI VINDICTA IN OPPRES
res pauperum.*

1.

IVLIANVS Imperat. (apostata) Chri
nos asserbat ex Euangelij præscriptis
quaquam affluere debere diuitijs sed
tentibus impendere & superaddere, in
perfectionis adipiscendæ gratia omni
nitus erogare debere, quod quibus man
gnum in cælo lubenti animo patienter
pendium terrenæ substantiæ. Hisce plato
loribus rapax fiscus iniecit auidas manu
Gallicani viri consularis, olim generi C
stantini, opulentissimum patrimonium,
quid accidit memoria dignum? ipse C
in cuius pauperes Gallicani diuitiæ
bantur tutatus est reditus egenorum pa